



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

412. Item alia terribilior excommunicatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

ritus sancti, auctoritate & potestate Apostolis
Apostolorumque successoribus à Deo concessa,
unà vobiscum prædictum pessimum virum
à liminibus sanctæ matris Ecclesiæ excludimus
& ab omni societate & communione
Christiana separamus, separatimque esse in
æternum decernimus, id est, in præsentis seculo
& in futuro. Nullus Christianus ei ave-
dicat, aut eum osculari præsumat. Nullus Pres-
byter cum eo Missam celebrare audeat vel sa-
cro sanctum corpus & sanguinem Domini tra-
dere. Nemo ei jungatur in consortio, neque
in aliquo negotio. Et si quis ei se sociaverit, &
communicaverit ejus operibus malignis, no-
verit se simili percussus anathemate; his ex-
ceptis qui ob hanc causam ei junguntur ut
eum revocent ab errore, & provocent ad sa-
tisfactionem; nisi fortè resipuerit, & Dei gra-
tia inspirante ad pœnitentiæ remedium con-
versus fuerit, & digna emendatione Ecclesiæ
Dei, quam læsit, humiliter satisfecerit.

ITEM ALIA TERRIBILIOR
EXCOMMUNICATIO.

Burchard. lib.
II. c. 6. & a-
pud Centuria-
tores ibid.

CCCCXII. Canonica instituta & san-
ctorum patrum exempla sequentes, Ecclesia-
rum Dei violatores, videlicet raptores, de-
prædatores, & homicidas illos in nomine Pa-
tris & Filij & in virtute Spiritus sancti, nec
non auctoritate Episcopis per Petrum princi-
pem Apostolorum divinitus collata, à sanctæ
matris Ecclesiæ gremio segregamus ac perpe-
tuæ maledictionis anathemate condemnamus.
Sintque maledicti in civitate, maledicti in
agro, maledictum horreum eorum, & male-

dictæ reliquiæ illorum, maledictus fructus ventris eorum, & fructus terræ illorum. Maledicti sint ingredientes, & maledicti sint egredientes; sintque in domo maledicti, in agro profugi; veniantque super eos omnes illæ maledictiones quas Dominus per Moysen in populum divinæ legis prævaricatorem se esse missurum intentavit; sintque anathema maranatha, id est, pereant in secundo adventu Domini. Nullus eis Christianus ave dicat. Nullus Presbyter Missam celebrare præsumat, vel sanctam communionem dare. Sepultura a fini sepeliantur, & in sterquilinum sint super faciem terræ. Et sicut hæ lucernæ de manibus nostris projectæ hodie extinguuntur, sic eorum lucerna in æternum extingatur; nisi fortè resipuerint, & Ecclesiæ Dei, quam læserunt, per emendationem & condignam pœnitentiam satisfecerint.

EXCOMMUNICATIO BREVIS.

CCCCXIII. Canonica instituta & sanctorum patrum exempla sequentes, Ecclesiarum Dei violatores illos auctoritate Dei & iudicio sancti Spiritus à gremio sanctæ matris Ecclesiæ & consortio totius Christianitatis eliminamus, quousque resipiscant, & Ecclesiæ Dei satisfaciant.

Burchard. lib. 11. c. 7. & apud Centuriatores ibid.

Qualiter Episcopus reconciliet vel recipiat excommunicatum.

CCCCXIV. Cùm aliquis excommunicatus vel anathematizatus, pœnitentia ductus, veniam postulat, & emendationem promittit,

Burchard. lib. 11. c. 8.